



KRONIKA

DIECEZJI SANDOMIERSKIEJ

miesięcznik poświęcony sprawom diecezji

„Czyni każdy w swym kółku, co każe duch Boży, a całość sama się złoży”





MIESIĘCZNIK POŚWIĘCONY SPRAWOM DIECEZJI.

„Czyń każdy w swym kółku, co każe duch Boży, a całość sama się złoży”

TREŚĆ ZESZYTU.

	Str.
W sprawie Mszy św. wieczorowej	65
W sprawie wątpliwości liturgicznych	66
Officium i Msza św. o św. Piusie X, papieżu	68
Officium et Missa in Festo B. Mariae Virginis Reginae	75
W sprawie Tygodnia Miłosierdzia	88
W sprawie duszpasterstwa głuchoniemych	88
Nabożeństwo na rozpoczęcie roku szkolnego	89
Nabożeństwo dziękczynne za plony	89
Zmiany wśród duchowieństwa	90
Kurs duszpasterski w Lublinie	91
W sprawie pozłoceń	92
Dom wypoczynkowy dla Księży w Szczawnie-Zdroju	93
Śp. Ks. Edmund Zawisza	93
Warunki przyjęcia do Wyższego Seminarium Duch. w Sandomierzu	95

41.

W sprawie Mszy św. wieczorowej.

Św. Officjum podało następujące napomnienie co do Mszy św. wieczorem (AAS. 1955 p. 23).

MONITUM

Constat huic Supremae Sacrae Congregationi haud raro Missas horis postmeridianis celebrari ultra fines, quos Constitutio Apostolica „*Christus Dominus*” ad commune fidelium bonum recenset.

Itaque locorum Ordinarii licentiam ne dent celebrandi Missas horis postmeridianis ad externam dumtaxat solemnitatem decorandam aut in privatorum commodum.

Hac autem arrepta occasione, Sanctum Officium opportunum ducit in omnium memoriam revocare Constitutionem Apostolicam „*Christus Dominus*” vetare interpretationem, quae concessas facultates amplificet (cfr. A. A. S., vol. XLV [1953], p. 22).

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 22 Martii 1955.

Marius Crovini, Notarius Supr. S. Congr. S. Officii.

W sprawie wątpliwości liturgicznych.

W związku z podanym w poprzednim numerze Kroniki D. S. (1955 r. p. 37) Dekretem Generalnym o uproszczeniu przepisów liturgicznych Św. Kongregacja Obrzędów na przesłane pytania, dała w dniu 2 czerwca b. r. następujące odpowiedzi (AAS. 1955 p. 418—419).

1. Czy wolno odprawiać mszę żałobną w chórze w dniach od 2 do 5 i od 7 do 13 stycznia?

Odpowiedź: Nie.

2. Skąd należy brać antyfony do Benedictus i do Magnificat, gdy podczas zniesionej oktawy Trzech Króli odmawia się oficjum ferialne?

Odpowiedź: z dni w czasie oktawy.

3. Jakiego koloru mają być szaty liturgiczne w te niedziele, które dotychczas określało się mianem „wśród oktawy”: Wniebowstąpienia, Bożego Ciała i Najśw. Serca Jezusowego, oraz jaką należy brać prefację?

Odpowiedź: Dla niedzieli przypadającej wśród zniesionej oktawy Wniebowstąpienia kolor szat liturgicznych biały a prefacja o Wniebowstąpieniu, zaś dla niedziel przypadających wśród zniesionych oktaw Bożego Ciała i Najśw. Serca Jezusowego kolor szat zielony a prefacja o Trójcy św.

4. Czy przepis o ilości kommemoracji należy rozumieć w ten sposób, że kommemoracje dopuszczalne zawsze następują po obowiązkowych i nie licząc tych ostatnich mają stanowić trzy oracje, czy łącznie z obowiązkowymi?

Odpowiedź: Łączna ilość wszystkich oracji ma wynosić trzy: przekraczać tej liczby nie należy.

5. Czy dziewiąta lekcja bądź historyczna, bądź ewangeliczna przysługuje świętu kommemorowanemu?

Kongregacja odpowiedziała: nie przysługuje.

6. Gdy na niedzielę przypadnie jakiegokolwiek święto z rzędu świąt Pańskich, czy o tym święcie odmawia się pierwsze nieszpory?

Odpowiedź: Tak, gdyż święto takie zajmuje w danym wypadku miejsce niedzieli.

7. Odnośnie do oficjum Matki Boskiej w sobotę zapytano: czy zostało zredukowane do kommemoracji?

Kongregacja odpowiedziała: nie.

8. Jaką antyfonę odmawiać należy przy nieszporach w piątek czasu wielkanocnego, gdy w następującą po nim sobotę będzie oficjum o Matce Boskiej, albo o święcie, które pierwszych nieszporów nie posiada?

Odpowiedź: Należy odmawiać antyfonę z drugich nieszporów poprzedniej niedzieli.

9. Czy w dalszym ciągu w mocy są rubryki przepisujące w czasie uroczystych mszy wotywnych łączenie kommemoracji z oracją mszalną pod jedną konkluzją?

Odpowiedź: Jeżeli oracja jest przepisana obowiązkowo (sub praecépto) — to tak: jeżeli jest dowolna (si permittatur ad libitum) — to nie. W czasie czterdziestogodzinnego nabożeństwa lub w ogóle w czasie mszy św. z wystawieniem Najśw. Sakramentu należy we wszystkich Mszach odprawianych jednak wyłącznie na ołtarzu wystawienia, brać zawsze orację o Najśw. Sakramencie.

10. Czy wolno opuścić imperatę zarządzoną przez ordynariusza w sposób zwykły (simpliciter), gdy łączna ilość oracji osiągnęła trzy?

Kongregacja odpowiedziała: tak.

Sandomierz, dnia 9 sierpnia 1955 r.

† Jan Lorek, Biskup.

Officium i Msza św. o św. Piusie X, papieżu.

Niniejszym podaję tekst officium i Mszy św. ostatnio kanonizowanego św. Piusa X, papieża, który obowiązuje już od tego roku. (AAS. 1955 p. 250—256).

FESTUM SANCTI PII PAPAE X, CONFESSORIS AB UNIVERSA
ECCLESIA, CUM OFFICIO ET MISSA PROPRIIS, CELEBRANDUM
DECERNITUR

Die 3 Septembris

S. PII X PAPAE ET CONFESSORIS

Duplex

IN I VESPERIS

Oratio

Deus, qui ad tuendam catholicam fidem, et universa in Christo instauranda sanctum Pium, Summum Pontificem, caelesti sapientia et apostolica fortitudine replevist: concede propitius; ut, ejus instituta et exempla sectantes, praemia consequamur aeterna. Per eundem Dominum.

IN II NOCTURNO

Lectio IV

Pius Papa decimus, cui nomen antea Josephus Sarto, in Venetorum pago natus est, quem Riese vocant, parentibus quidem humilibus, sed probitate ac pietate conspicuis. Inter Seminarii Patavini alumnos adscriptus, ita pietate doctrina profecit, ut condiscipulis exemplo, moderatoribus admirationi esset. Sacerdotio initiatus, in oppido Tombolo primum, qua vicarius cooperator, dein Salatiani qua parochus, per plures annos adlaboravit; quibus in obeundis muneribus, tanta caritatis effusione, tanto sacerdotali zelo in sanctitate vitae excelluit, ut Episcopus Tarvisinus inter canonicos cathedralis ecclesiae eum cooptaret, eumque Curiae episcopalis cancellarium simul-

que Seminarii dioecesani spiritualem moderatorem renuntiaret. Haec officia tam egregie persecutus, a Leone tertio decimo, cui erat probatissimus, Mantuanae Ecclesiae Antistes fuit renuntiatus.

Lectio V

Boni pastoris nullam partem deserens, eo maxime contendit, ut juventus in sortem Domini vocata rite ad sacra institueretur, pia consociationes novis augerent incrementis, ritibus divini cultus plus decoris ac pietatis accederet. Praecepta quibus civitas christiana nititur, alius proclamare non desiit, et qui vitam inopem ipse ducebat, pauperibus numquam omisit afferre levamen. Tot igitur suffragantibus meritis, inter purpuratos Patres adlectus et Venetiarum Patriarcha creatus est. Denique post Leonis decimi tertii obitum, cum Patrum Cardinalium suffragia in eum coalescerent, cumque ipse supplicationibus et lacrimis tantum munus a se avertere frustra conatus esset, suasionibus tandem cedens, „accepto in crucem“, inquit, et Summi Pontificatus apicem ut crucem a Deo sibi oblatam, demisso sed forti animo suscepit.

Lectio VI

In Petri cathedra cunstitutus, nihil de pristina vitae ratione remisit. Humilitate praesertim, simplicitate ac paupertate refulsit, ita ut in suo testamento scribere potuerit: „pauper natus sum, pauper vixi, pauper mori cupio“. Humilitas vero animi fortitudinem in eo alebat, cum de Dei gloria, Ecclesiae libertate, animarumque salute ageretur. Vir acerrimi ingenii et propositi tenax, inter vicesimi ineuntis saeculi procellas, Ecclesiam firmiter rexit, et praeclarissimis ornavit institutis. Musicam sacram ad pristinum splendorem ac dignitatem revocavit; sacrorum Bibliorum studiis principem sedem Romae constituit; Romanam Curiam sapienter reformavit; leges de fidelibus per catechismum instituendis restituit; Eucharisticae mensae crebriorem, imo et cotidianam consuetudinem induxit, ejusque accessum pueris quoque a primo rationis usu aperuit; actionis catholicae incrementa sedulo promovit; solidae cleri

institutioni providit, additis quoque seminariis per regiones dispositis; sacerdotes omnes ad interiorem vitam colendam allexit; leges Ecclesiae in unum corpus redegit; errores perniciosissimos, modernismi appellatione comprehensos, damnavit atque evellit; civile vetitum, quod dicunt, in Pontificis Maximi electione rejecit. Tandem laboribus fractus ac moerore confectus ob bellum Europaeum tunc exortum, die vicesima mensis Augusti anni millesimi nongentesimi decimi quarti, ad caeleste praemium evolavit. Eum ubique terrarum sanctitatis fama clarum miraculisque fulgentem, Pius Papa duodecimus, cuncto plaudente orbe, in Sanctorum numerum retulit.

IN III NOCTURNO

Lectio VII

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem

Jo 21, 15-17

In illo tempore: Dixit Jesus Simoni Joannis, diligis me plus his? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi

Tractatus 123 in Joannem, in medio

Redditur negationi trinae trina confessio, ne minus amoris lingua serviat, quam timori: et plus vocis elicuisse videatur mors imminens, quam vita praesens. Sit amoris officium pascere Dominicum gregem, si fuit timoris indicium negare pastorem. Qui hoc animo pascunt oves Christi, ut suas velint esse, non Christi, se convincuntur amare, non Christum: vel gloriandi, vel dominandi, vel acquirendi cupiditate; non obediendi, et subveniendi, et Deo placendi caritate.

Lectio VIII

Contra hos ergo vigilat todidem inculcata ista vox Christi quos Apostolus gemit sua quaerere, non quae Jesu Christi. Nam quid est aliud, si diligis me, pasce oves mea: quam si diceretur, si me diligis, non te pascere cogita? Sed oves meas,

et sicut meas pasce, non sicut tuas: gloriam meam in eis quaere, non tuam, dominium meum, non tuum: lucra mea, non tua; ne sis in eorum societate qui pertinent ad tempora periculosa, seipsos amantes, et caetera quae huic malorum initio connectuntur.

Lectio IX

Merito dicitur Petro: diligis me, et respondet, amo te, eique refertur, pasce agnos meos, et hoc iterum, hoc tertio. Ubi etiam demonstratur unum atque idem esse amorem et dilectionem; nam etiam Dominus novissime non ait, diligis me, sed amas me. Non ergo nos, sed ipsum amemus, et in pascendis ovibus ejus ea quae sunt ejus, non ea quae sunt nostra, quaeramus. Nescio enim quo inexplicabili modo, quisquis seipsum, non Deum, amat, non se amat: et quisquis Deum, non seipsum, amat, ipse se amat. Qui enim non potest vivere de se, moritur utique amando se: non ergo se amat, qui ne vivat se amat.

Lectio pro festo commemorato legenda iuxta Rubricas

Pius Papa decimus, cui nomen antea Josephus Sarto, in Venetorum pago, quem Riese vocant, natus est. Inter Seminarii Patavini alumnos adscriptus ac sacerdotio auctus, in oppido Tombolo primum qua vicarius cooperatore, dein Salatiani qua parochus, et Tarvisii qua canonicus et Curiae Episcopalis cancellarius, tanta sanctitate excelluit, ut eum Leo decimus tertius Ecclesiae Mantuanae praefecerit. Boni pastoris nullam partem deserens, juventuti in sortem Domini vocatae rite instituendae maxime adlaboravit; divini cultus decorem et piarum consociationum incrementa promovit; pauperum inopiae effusa caritate prospexit. Tot suffragantibus meritis, inter purpuratos Patres adlectus et Venetiarum Patriarcha creatus est. Post Leonis decimi tertii obitum, frustra reluctans. Summum Pontificatum ut crucem suscepit. In Petri cathedra constitutus, nihil de pristina vitae ratione remisit. Humilitate praesertim, simplicitate ac paupertate refulsit. Ecclesiam firmiter rexit et praeclarissimis ornavit institutis. Fidei vigilantissimus custos,

modernismum, omnium haeresum summam, damnavit ac pro-
trivit; ecclesiasticae libertatis vindex acerrimus, iis qui eam
labefactare conabantur, fortiter obstitit; solidae Cleri institu-
tioni providit; leges Ecclesiae in unum corpus redegit; cultum
erga Eucharistiam et crebriorem ejusdem usum maxime pro-
vexit. Laboribus fractus et moerore confectus ob bellum
Europaeum tunc exortum, die vicesima mensis Augusti anni
millesimi nongentesimi decimi quarti, ad caelestem patriam
evolavit. Eum Pius duodecimus in Sanctorum numerum retulit.

MISSA

Introitus. Ps. 88, 20-22. Extuli electum de populo, oleo
sancto meo unxi eum: ut manus mea sit semper cum eo, et
brachium meum confirmet eum, V. *Ibid.*, 2. Gratias Domini in
aeternum cantabo: per omnes generationes annuntiabo fide-
litatem tuam ore meo. Gloria Patri. Extuli.

Oratio

Deus, qui ad tuendam catholicam fidem, et universa in
Christo instauranda sanctum Pium, Summum Pontificem, caelesti
sapientia et apostolica fortitudine replevisti: concede propitius;
ut, ejus instituta et exempla sectantes, praemia consequamur
aeterna. Per eundem Dominum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

1 Thess. 2, 2-8

Fratres: Fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos
evangelium Dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra
non de errore neque immunditia neque in dolo; sed, sicut
probat sumus a Deo ut crederetur nobis evangelium, ita
loquimur; non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat
corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adu-
lationis, sicut scitis, neque in occasione avaritiae, Deus testis
est, nec quaerentes ab hominibus gloriam neque a vobis
neque ab aliis. Cum possemus vobis oneri esse ut Christi
apostoli, sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam

si nutrix foveat filios suos. Ita desiderantes vos cupide vole-
bamus tradere vobis non solum evangelium Dei, sed etiam
animas nostras, quoniam carissimi nobis facti estis.

Graduale. Ps. 39, 10-11. Annuntiavi justitiam in coetu
magno; ecce labia mea non cohibui: Domine, tu nosti. V Ju-
stitiam tuam non abscondi in corde meo; fidelitatem tuam et
auxilium tuum narraui.

Alleluja, alleluja. V. *Ps. 22, 5-6.* Paras mihi mensam, inun-
gis oleo caput meum, calix meus uberrimus est. Alleluja.

*In Missis votivis: Post Septuagesimam, omissis Alleluja,
et Versu sequenti, dicitur:*

Tractus. Ps. 131, 16-18. Sacerdotes ejus induam salute,
et sancti ejus exsultantes exsultabunt. V. Illic David suscitabo
cornu, parabo lucernam uncto meo. V. Inimicos ejus induam
confusione, super ipsum autem fulgebit diadema meum.

*Tempore autem Paschali omittitur Graduale, et ejus loco
dicitur:*

Alleluja, alleluja. V. *Ps. 22, 5-6.* Paras mihi mensam,
inungis oleo caput meum, calix meus uberrimus est. Alleluja.
Ps. 25, 8. Domine, diligo habitaculum domus tuae et locum
tabernaculi gloriae tuae. Alleluja.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem

Jo 21, 15-17

In illo tempore: Dixit Jesus Simoni Petro: Simon Joannis,
diligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Domine, tu scis quia amo
te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Joannis,
diligis me? Ait illi: Etiam, Domine, tu scis quia amo te. Dicit
ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Joannis, amas me?
Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio: Amas me? et dixit
ei: Domine, tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dixit ei:
Pasce oves meas.

Offertorium. Ps. 33, 12. Venite, filii, audite me; timorem
Domini docebo vos.

Secreta

Oblationibus nostris, quaesumus, Domine, benigne susceptis, da nobis, ut haec divina mysteria, sancto Pio Summo Pontifice intercedente, sinceris tractemus obsequiis, et fidei mente sumamus. Per Dominum.

Communio. Jo. 6, 56-57. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo.

Postcommunio

Mensae caelestis virtute refecti, quaesumus, Domine Deus noster: ut, interveniente sancto Pio Summo Pontifice; fortes efficiamur in fide, et in tua simus caritate concordēs. Per Dominum.

In Martyrologio Romano

Die 20 Augusti — *secundo loco* — Romae depositio sancti Pii decimi, Papae et Confessoris, fidei intergritatis et ecclesiasticae libertatis propugnatoris invicti, religionisque zelo insignis, cujus festum tertio Nonas Septembris recolitur.

Die 3 Septembris. Sancti Pii Papae decimi, cujus natalis dies tertiodecimò Kalendas Septembris recensetur.

URBIS ET ORBIS

Sancti Pii X Papae et Confessoris sollemnia Canonizationis in area ante Basilicam Vaticanam die 29 Maii Anni Marialis 1954 peracta, quamplurimis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Archiepiscopis et Episcopis, una cum ingenti fidelium concursu, ex dissitis quoque regionibus adstantibus, fulgentem assecuta sunt triumphum, quem Deus, humilium suscitator, ad exaltationem Servi Sui mirabiliter disposuit. Invalescebat interea in multorum Ordinariorum animis ardens studium atque optatum ut novensilis Sancti festum totius Ecclesiae commune efficeretur, quod iam nonnullis in locis liturgico cultu celebrabatur. Quare Sanctissimus Dominus noster Pius Pape XII, fere omnium Catholici Orbis Archiepisco-

porum et Episcoporum, nec non et Religiosarum Familiarum vota libenter excipiens, Sancti Pii X Papae et Confessoris, festum ad universam Ecclesiam extendere benigne dignatus est, die tertia mensis Septembris quotannis sub ritu duplici minori cum Officio et Missa propriis et approbatis, uti in superiori prostant exemplari, recolendum. Servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 1 Martii anno 1955.

L. S. C. Card. Cicognani, Praefectus
† A. Carinci, Archiep. Seleucien., a Secretis.

44.

Officium et Missa in Festo B. Mariae Virginis Reginae

(A. A. S. 1955, p. 470—480)

Die 31 Maji

BEATAE MARIAE VIRGINIS REGINAE

Duplex II classis

Omnia de Communi Festorum B. Mariae Virginis, praeter ea quae hic habentur propria.

IN I VESPERIS

Capitulum

Eccli. 24, 5 et 7

Ego ex ore Altissimi pròdivi, primogenita ante omnem creaturam: ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis.

Hymnus Ave, maris stella.

V. Salve, Regina misericordiae. (T. P. Alleluja).

R. Ex qua natus est Christus, Rex noster. (T. P. Alleluja).

Ad Magnif. Ant. Beata quae credidisti, * quae dicta sunt tibi a Domino: cum Christo regnas in aeternum. (T. P. Alleluja).

Oratio

Concede nobis, quaesumus, Domine: ut, qui solemnitate
beatae Mariae Virginis Reginae nostrae celebramus; ejus mu-
niti praesidio, pacem in praesenti et gloriam in futuro consequi
mereamur. Per Dominum.

Completorium de Dominica.

AD MATUTINUM

Invit. Christum Regem, qui suam coronavit Matrem. *
Venite, adoremus. (T. P. Alleluja). Ps. 94 Venite, exsultemus.

Hymnus

Rerum supremo in vertice
Regina, Virgo, sisteris,
Exuberanter omnium
Ditata pulchritudine.

Princeps opus formosior
Verbo creanti praenites,
Praedestinata Filium,
Qui protulit te, gignere.

Ut Christum alta ab arbore
Rex purpuratus sanguine,
Sic passionis particeps,
Tu Mater es viventium.

Tantis decora laudibus,
Ad nos ovantes respice,
Tibique sume gratulans
Quod fundimus praeconium.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Amen.

IN I NOCTURNO

V. Salve, Regina misericordiae. (T. P. Alleluja).
R. Ex qua natus est Christus, Rex noster. (T. P. Alleluja).

De libro Ecclesiastici

Lectio I

Cap. 24, 5-11

Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem
creaturam: ego feci in caelis ut oriretur lumen indeficiens et
sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitavi,
et thronus meus in columna nubis. Gyrum caeli circuivi sola
et profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi
et in omni terra steti et in omni populo et in omni gente
primatum habui et omnium excellentium et humilium corda
virtute calcavi et in his omnibus requiem quaesivi et in here-
ditate Domini morabor.

R. Beata es, Maria, quae credidisti Domino: perfecta sunt
in te quae dicta sunt tibi. * Ecce exaltata es super choros
Angelorum ad caelestia regna. (T. P. Alleluja). V. Ave. Maria,
gratia plena, Dominus tecum. Ecce.

Lectio II

Cap. 24, 14-16

Ab initio et ante saecula creata sum et usque ad futurum
saeculum non desinam et in habitatione sancta coram ipso
ministravi. Et sic in Sion firmata sum et in civitate sanctifi-
cata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radi-
cavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas
illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea.

R. Regalem dignitatem Virginis Mariae recolamus, * Quia
cum Christo regnat in aeternum. (T. P. Alleluja). V. Gloriam
Reginae nostrae celebremus. Quia.

Lectio III

Cap. 24, 24-30

Ego mater pulchrae dilectionis et timoris et agnitionis
et sanctae spei. In me gratia omnis viae et veritatis, in me
omnis spes vitae et virtutis. Transite ad me, omnes qui con-
cupiscitis me, et a generationibus meis implemini, spiritus
enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et

favum. Memoria mea in generationes saeculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient; qui audit me non confundetur, et qui operantur in me, non peccabunt; qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

R. Elegit eam Deus, et praelegit eam: * Coronam gloriae posuit super caput ejus. (T. P. Alleluja). V. Et in tabernaculo suo habitare fecit eam. Coronam gloriae. Gloria Patri. Coronam gloriae.

IN II NOCTURNO

V. Stabat iuxta crucem Jesu Mater ejus. (T. P. Alleluja).

R. In passione socia, totius mundi Regina. (T. P. Alleluja).

Sermo sancti Petri Canisii Presbyteri.

De Maria Deipara Virgine incomparabili, lib. 15, c. 13

Lectio IV

Cur beatissimam Virginem Mariam Reginae nomine, Damascenum, Athanasium aliosque secuti, non compellemus, cujus et pater David rex inclitus, et filius Rex regum Dominusque dominantium sine fine imperans, laudem in Scripturis praestantissimam tenent? Regina est insuper, si cum illis conferatur, quibus veluti regibus, caeleste regnum cum Christo, Rege summo, contigit, utpote illius coheredibus, et in eodem veluti throno, ut Scriptura loquitur, cum illo collocatis. Regina est etiam nulli electorum secunda, sed simul Angelis et hominibus tanto praelata dignius, quo nihil illa sublimius ac sanctius esse potest, quae sola cum Deo Patre Filium habet communem, et quae supra se Deum et Christum tantum, infra se vero reliqua videt omnia.

R. Suscipe verbum, Virgo Maria, quod tibi a Domino transmissum est: * Ecce concipies et paries Deum pariter et hominem. (T. P. Alleluja). V. Et Regina vocaberis super omnes gentes. Ecce.

Lectio V

Magnus Athanasius perspicue dixit: Mariam non modo Deiparam, sed etiam Reginam et Dominam proprie vereque

censeri, quandoquidem Christus ex ipsa matre Virgine natus, Deus et Dominus idemque Rex maneat. De hac igitur Regina dictum illud Psalmographi interpretatur: Adstitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato. Non ergo solum caeli, sed caelorum Regina recte dicitur Maria utpote mater Regis Angelorum, Regisque caelorum et amica et sponsa. A te vero augustissima Regina, eademque fidissima Mater Maria, quam sine fructu pie nullus implorat, et cui mortales omnes beneficiorum memoria sempiterna devincti sunt, etiam atque etiam reverenter oro et obsecro, ut hoc quaecumque observantiae erga te meae testimonium ratum et gratum habere velis, utque oblati muneris exiguitatem studiosa offerentis voluntate meriti ac tuo praepotenti Filio comprobare digneris.

R. Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum, * Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. (T. P. Alleluja). V. Ave, Christi Mater, passionis socia, totius mundi Regina Et tuam.

Lectio VI

Ex Litteris Encyclicis Pii Papae duodecimi

Litt. Encycl. Ad caeli Reginam, diei 11 Octobris 1954

E christianae vetustatis monumentis, e liturgicis precibus, ex indito christiano populo religionis sensu, ex operibus arte confectis, undique collegimus voces quae asserunt Deiparam Virginem regali dignitate praestare; rationes etiam quas sancta theologia ex divinae fidei thesauro deducendo astruit, eandem veritatem prorsus confirmare arguimus. Tot ex allatis testimoniis quasi latissime resonans concentus efficitur qui extollit regii honoris praecelsum fastigium Dei hominumque Matris, cui cuncta creata subsunt, quae est: „Exaltata super choros Angelorum ad caelestia regna”. Cum vero, maturo ponderatoque consilio, persuasum Nobis habeamus magna oritura esse Ecclesiae emolumenta, si quasi in suo candelabro rutilantior lucerna posita, illa solide probata veritas manifestior omnibus refulgeat, Apostolica Nostra Potestate decernimus et instituimus festum Mariae Reginae, quod toto terrarum orbe quotannis die tricesimo primo mensis Maji est celebrandum.

R. Signum magnum apparuit in caelo: * Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim. (*T. P. Alleluja*). V. Cujus Filius regnat in aeternum. Mulier. Gloria Patri. Mulier.

IN III NOCTURNO

V. Beatam me dicent omnes generationes. (*T. P. Alleluja*).

R. Quia fecit mihi magna qui potens est. (*T. P. Alleluja*).

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam

Lectio VII

Cap. 1, 26-33

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Bonaventurae Episcopi

Sermo de regia dignitate B. Mariae Virginis

Beata Maria Virgo, summi regis mater est per generosam conceptionem, secundum quod dicitur in verbo sibi dicto ab Angelo: Ecce, inquit, concipies et paries filium: et postea: Dabit ei Dominus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis. Ac si aperte dicat: Concipies et paries filium Regem, in regali solio aeternaliter residentem, ac per hoc tamquam Mater Regis regnabis, et ut Regina in regali solio residebis. Si enim decet filium honorem matri dare, decet ut ei communicet thronum regalem; unde Virgo Maria, quia concepit eum, qui habet in femore scriptum: Rex regum et Dominus dominantium, statim ex quo concepit Filium Dei, Regina fuit, non solum terrae, sed etiam caeli, quod designatum est in Apocalypsi ubi dicitur: Signum magnum apparuit in caelo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim.

R. Ecce Virgo concipiet et pariet Filium, * Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Deus, Fortis. (*T. P. Alleluja*). V. Super solium David et super regnum ejus sedebit in aeternum. Et vocabitur.

Lectio VIII

Maria Regina est praeclarissima quantum ad gloriam, quod bene designat Propheta in psalmo qui specialiter est de Christo et Virgine Maria, ubi primo dicitur de Christo: Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi, et paulo post de Virgine: Adstitit regina a dextris tuis, hoc est in potioribus bonis, quod quidem dictum est quantum ad gloriam mentis. Sequitur: In vestitu deaurato, in quo exprimitur vestitus gloriosae immortalitatis, quem decuit habere Virginem in sua Assumptione. Absit enim ut vestimentum illud quo opertus est Christus, quod etiam fuit perfecte sanctificatum in terra per Verbum incarnatum, fiat cibus vermium. Sicut decuit Christum dare gratiam Matri suae plenissimam in sua Conceptione, sic decuit tribuere plenissimam gloriam in ipsius Matris Assumptione. Et ideo tenendum est quod Virgo, gloriosa in anima et corpore, sedeat juxta Filium.

R. Exaltata es, sancta Dei Genitrix, * Super choros Angelorum ad caelestia regna. (*T. P. Alleluja*). V. Intercede pro nobis ad Dominum Jesum Christum. Super choros. Gloria Patri. Super choros.

Lectio IX

Maria Regina est et dispensatrix gratiae, quod designatum fuit in libro Esther, ubi dicitur: Parvus fons qui crevit in fluvium, et in lucem et solem conversus est. Virgo Maria sub figura Esther comparatur diffusioni fontis et luminis, propter diffusionem gratiae quantum ad duplicem usum, actionis licet et contemplationis. Gratia enim Dei, quae est medicativa generis humani, per ipsam ad nos descendit quasi per aquaeductum, quia ad ipsam Virginem pertinet dispensatio gratiae non per modum principii, sed per modum meriti. Merito igitur Virgo Maria est excellentissima Regina in comparisonem ad plebem, cum impetrat veniam, superat pugnam, et distribuit gratiam, et consequenter perducit ad gloriam.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

*Capitulum**Eccli. 24, 5 et 7*

Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam; ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis.

Hymnus

O gloriosa virginum,
Sublimis inter sidera,
Qui te creavit, parvulum
Lactente nutris ubere.

Quod Heva tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent ut astra flebiles,
Caeli recludis cardines.

Tu Regis alti janua
Et aula lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptae, plaudite.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Amen.

V. Maria Virgo caelos ascendit. (T. P. Alleluja).

R. Cum Christo regnat in aeternum. (T. P. Alleluja).

Ad Bened. Ant. Regina mundi dignissima, * Maria, Virgo perpetua, intercede pro nostra pace et salute, quae genuisti Christum Dominum, Salvatorem omnium. (T. P. Alleluja).

Oratio

Concede nobis, quaesumus, Domine: ut, qui solemnitatem beatae Mariae Virginis Reginae nostrae celebramus: ejus muniti praesidio, pacem in praesenti et gloriam in futuro consequi mereamur. Per Dominum.

Et fit commemoratio S. Petronillae Virg.:

Ant. Simile est regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam. (T. P. Alleluja).

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. (T. P. Alleluja).

R. Propterea benedixit te Deus in aeternum. (T. P. Alleluja).

Oratio

Exaudi nos, Deus salutaris noster: ut, sicut de beatae Petronillae Virginis tuae festivitate gaudemus; ita piae devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

AD HORAS

Ad Horas psalmi de feria currenti, reliqua de festo.

AD PRIMAM

In Responsorio brevi dicitur versus: Qui natus es.

Ad Absolutionem Capituli.

Lectio brevis

Qui audit me, non confundetur, et qui operantur in me, non peccabunt: qui elucidant me, vitam aeternam habebunt. Tu autem.

AD TERTIAM

Capit. Ego ex ore Altissimi, ut supra ad Laudes.

Extra Tempus Paschale

R. br. Salve, * Regina misericordiae. Salve. V. Ex qua natus est Christus, Rex noster. Regina misericordiae. Gloria Patri. Salve.

V. Stabat iuxta crucem Jesu Mater ejus. R. In passione socia, totius mundi Regina.

Tempore Paschali

R. br. Salve, Regina misericordiae, * Alleluja, alleluja. Salve. V. Ex qua natus est Christus, Rex noster. Alleluja, alleluja. Gloria Patri. Salve.

V. Stabat juxta crucem Jesu Mater ejus, alleluja. R. In passione socia, totius mundi Regina, alleluja.

AD SEXTAM

*Capitulum**Eccli. 24, 9-11*

In omni terra steti et in omni populo, et in omni gente primatum habui, et omnium excellentium et humilium corda virtute calcavi.

Extra Tempus Paschale

R. *br.* Stabat juxta crucem Jesu * Mater ejus. Stabat.
V. In passione socia, totius mundi Regina. Mater ejus. Gloria Patri. Stabat.

V. Beatam me dicent omnes generationes. R. Quia fecit mihi magna qui potens est.

Tempore Paschali

R. *br.* Stabat juxta crucem Jesu Mater eius, * Alleluja, alleluja. Stabat. V. In passione socia, totius mundi Regina. Alleluja, alleluja. Gloria Patri. Stabat.

V. Beatam me dicent omnes generationes, alleluja.
R. Quia fecit mihi magna qui potens est, alleluja.

AD NONAM

*Capitulum**Eccli. 24, 30-31*

Qui audit me, non confundetur, et qui operantur in me, non peccabunt: qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

Extra Tempus Paschale

R. *br.* Beatam me dicent * Omnes generationes. Beatam.
V. Quia fecit mihi magna qui potens est. Omnes generationes. Gloria Patri. Beatam.

V. Maria Virgo caelos ascendit. R. Cum Christo regnat in aeternum.

Tempore Paschali

R. *br.* Beatam me dicent omnes generationes, * Alleluja, alleluja. Beatam. V. Quia fecit mihi magna qui potens est. Alleluja, alleluja. Gloria Patri. Beatam.

V. Maria Virgo caelos ascendit, alleluja. R. Cum Christo regnat in aeternum, alleluja.

IN II VESPERIS

Capitulum et Hymnus ut in I Vesperis.

V. Maria Virgo caelos ascendit. (T. P. Alleluja.)

R. Cum Christo regnat in aeternum. (T. P. Alleluja.)

Ad Magnif. Ant. Beata Mater, * et intacta Virgo Maria, gloriosa Regina mundi, intercede pro nobis ad Dominum. (T. P. Alleluja.)

Completerium de Dominica.

AD MISSAM

Introitus. Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Mariæ Virginis Reginae: de cujus solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. (T. P. Alleluja, alleluja.)

Ps. 44, 2 Effundit cor meum verbum bonum: dico ego carmen meum Regi.

V. Gloria Patri.

Oratio

Concede nobis, quaesumus, Domine: ut, qui solemnitatem beatæ Mariæ Virginis Reginae nostrae celebramus; ejus muniti praesidio, pacem in praesenti et gloriam in futuro consequi mereamur. Per Dominum.

Et, in Missis privatis tantum, fit commemoratio S. Petronillae Virg.

Oratio

Exaudi nos, Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ Petronillae Virginis tuae festivitate gaudemus; ita pia devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiae

Eccli. 24, 5 et 7, 9-11, 30-31

Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam; ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis. In omni terra steti et in omni populo, et in omni gente primatum habui, et omnium excellentium et humilium corda

virtute calcavi. Qui audit me, non confundetur, et qui operantur in me, non peccabunt; qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

Alleluja, alleluja. V. Beata es, Virgo Maria, quae sub cruce Domini sustinuisti, alleluja. V. Nunc cum eo regnas in aeternum. Alleluja.

Extra Tempus Paschale dicitur:

Graduale. Apoc. 19, 16. Ipse habet in vestimento et in femore sue scriptum: Rex regum, et Dominus dominantium.

V. *Ps. 44, 10.* Regina adstat ad dexteram ejus, ornata auro ex Ophir.

Alleluja, alleluja. V. Salve, Regina misericordiae, tu nos ab hoste protege, et mortis hora suscipe. Alleluja.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

Luc. 1, 26-33

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quae cum audisset, turbata est in sermone ejus: et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: et regnabit in domo Jacob in aeternum, et regni ejus non erit finis.

Credo.

Offertorium. Regali ex progenie Maria exorta refulget; cujus precibus nos adjuvari, mente et spiritu devotissime poscimus. (T. P. Alleluja).

Secreta

Accipe, quaesumus, Domine, munera laetantis Ecclesiae, et beatae Virginis Mariae Reginae suffragantibus meritis, ad nostrae salutis auxilium provenire concede. Per Dominum.

Pro S. Petronilla

Secreta

Accepta tibi sit, Domine, sacratae plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

Praefatio de B. Maria Virg. Et te in festivitate.

Communio. Regina mundi dignissima, Maria Virgo perpetua, intercede pro nostra pace et salute, quae genuisti Christum Dominum, Salvatorem omnium. (T. P. Alleluja).

Postcommunio

Celebratis solemnibus, Domine, quae pro sanctae Mariae, Reginae nostrae, festivitate peregrimus: ejus, quaesumus, nobis intercessione fiant salutaria; in cujus honore sunt exsultanter impleta. Per Dominum.

Pro S. Petronilla

Postcommunio

Satiasti, Domine, familiam tuam muneribus sacris: ejus, quaesumus, semper interventione nos refove, cujus solemnia celebramus. Per Dominum.

IN MARTYROLOGIO ROMANO

Die 31 Maii, primo loco

Festum Beatae Mariae Virginis Reginae

DECRETUM

Institutum per Litteras Encyclicas „Ad caeli Reginam” a Summo Pontifice Pio Papa XII festo Mariae Reginae, aequum erat eiusmodi ditare officio et Missa propria, quo regalis Mariae dignitas liturgicum etiam suum haberet splendorem. Quapropter Sacra Rituum Congregatio, de mandato Sanctissimi Domini Nostri, suprascriptum officium cum Missa et Elogium pro Martyrologio Romano, approbavit, illudque in festo B. Mariae Virginis Reginae, celebrando die 31 Maii, sub ritu duplici secundae classis, ab universa Ecclesia adhibendum

iussit; reposito festo S. Angelae Mericiae die primo Iunii. Servatis de cetero rubricis. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Die 31 Maii 1955.

L. S. *C. Card. Cicognani, Praefectus*
† *A. Carinci, Archiep. Seleuc., Secretarius*

45.

W sprawie Tygodnia Miłosierdzia.

Od 2 do 9 października br. odbywać się będzie w naszych parafiach jak rokrocznie Tydzień Miłosierdzia we wszystkich diecezjach kraju. Hasłem tego tygodnia będzie opieka nad starcami. Choć materialnie może nie tak wiele, jakbyśmy pragnęli, będziemy mogli im pomóc, jednak duchowo musimy dać wiele. Zrobimy dużo, jeżeli sami przejąwszy się losem starców, pouczymy wiernych, jakie mają obowiązki chrześcijańskie wobec ludzi starych, wypracowanych, niedołężnych i schorzałych. Trzeba tym wszystkim, którzy oceniają za godne istnienia tylko jednostki młode, pełnowartościowe i twórcze, przypomnieć mocno czwarte przykazanie Boże, które do końca świata wszystkich obowiązywać nie przestanie.

Niechże zatem ten tegoroczny Tydzień Miłosierdzia zapoczątkuje nowe spojrzenie na to chylące się do grobu pokolenie i będzie jasnym promieniem dla tych wszystkich, którzy uznojeni w codziennym trudzie, szukają życzliwego uśmiechu i przyjaznej, dobroczynnej dłoni.

Sandomierz, dnia 31 sierpnia 1955 r.

† *Jan Lorek, Biskup.*

46.

W sprawie duszpasterstwa głuchoniemych.

Boski nasz Zbawca w ciągu swojej publicznej działalności przyciągał do Siebie wszystkich, którzy jakkolwiek byli dotknięci niemocą. Okazał tedy swoje współczucie i pomoc i głuchoniememu. O dwóch wprawdzie tego rodzaju wypadkach czytamy w Ewangeliach, bo przecież głuchoniemi to coś tylko sporadycznego pośród ludzi.

Cudowne uleczenie przez Chrystusa głuchoniemego wskazuje i uczy, że i my w naszej pracy i trosce duszpasterkiej powinniśmy się interesować i opiekować tymi nieszczęśliwymi ludźmi, którzy wprawdzie nieraz bywają uzdolnieni, ale licząc się z rzeczywistością trzeba jednak przyznać, iż są kalekami, ponieważ ani słyszeć, ani mówić nie mogą.

Obecnie zwrócono uwagę i na głuchoniemych: przygotowuje się już nawet dla nich specjalnych duszpasterzy, urządza się osobne nabożeństwa i rekolekcje, by choć w ten sposób uprzystępnąć im źródło łask Bożych i korzystanie z nich, wszak i oni mają te same potrzeby duchowe, jak każdy inny człowiek.

Sandomierz, dnia 31 sierpnia 1955 r.

† *Jan Lorek, Biskup.*

47.

Nabożeństwo na rozpoczęcie roku szkolnego.

We wszystkich parafiach i kościołach służących do duszpasterstwa szkolnego należy urządzić nabożeństwo z odpowiednią nauką na rozpoczęcie roku szkolnego w dniu 1 września w takiej godzinie, by młodzież i diakonia szkolna mogła w nim wziąć udział.

Sandomierz, dnia 18 sierpnia 1955 r.

† *Jan Lorek, Biskup.*

48.

Nabożeństwo dziękczynne za plony.

Aby podziękować Najwyższemu za szczęśliwy zbiór plonów tegorocznych żniw należy urządzić w dniu 4 września uroczyste nabożeństwo dziękczynne z kazaniem według dawniejszych wskazówek i przepisów Rytułu.

Sumę można odprawić z wystawieniem Najświętszego Sakramentu.

Nabożeństwo należy wcześniej zapowiedzieć i starannie przygotować.

Sandomierz, dnia 20 sierpnia 1955 r.

† *Jan Lorek, Biskup.*

Zmiany wśród duchowieństwa.

Mianowani wikariuszami neoprezbiterzy: Ks. Golonka Czesław w Nieklaniu, ks. Groszek Stanisław w Magnuszewie, ks. Klimkowski Jan w Kazanowie Kon., ks. Kotyra Jerzy w Mominie, ks. Kozieł Stefan w Wysokiej, ks. Lewiński Jerzy w parafii WW. Świętych w Starachowicach, ks. Ludwiński Marian w Głowaczowie, ks. Marcinkiewicz Edmund w Pawłowicach, ks. Pęsyk Marian w Skaryszewie, ks. Potapski Władysław w parafii Św. Trójcy w Starachowicach, ks. Stanios Adam w Suchedniowie, ks. Szary Stefan w Zwoleniu, ks. Telus Bolesław w Szydłowcu, ks. Tokarski Zdzisław w Ćmielowie, ks. Wancerz Jan w Żarnowie, ks. Wiktorowski Tadeusz w par. N. M. P. w Ostrowcu, ks. Wójcik Marian w Petrykozach i ks. Zymiak Zdzisław w Staszowie.

Przeniesieni wikariusze: Ks. Barański Józef z Koprzywnicy do Błotnicy, ks. Bień Wincenty z Opatowa do Kremy z rezydencją w Gozdawie, ks. Bil Józef ze Skaryszewa do Opatowa, ks. Cieślik Eugeniusz z Magnuszewa do Skórkowic, ks. Kasprzyk Kazimierz z Nieklania do Jastrzębia, ks. Krzysztofik Wacław ze Zwolenia do Magnuszewa, ks. Kruzel Jan z Ćmielowa do Olbierzowic, ks. Kwiatkowski Zygmunt z Błotnicy do Skaryszewa, ks. Maliński Stanisław z parafii Opieki N. M. P. w Radomiu do Skarżyska Kościelnego, ks. Mazurkiewicz Jan z Wysokiej do Radoszyc, ks. Mężyk Wojciech z Głowaczewa do Suchej, ks. Michałek Henryk z Tczowa do Wierzbicy, ks. Mroczek Stefan z Solca do Tczowa, ks. Podgórski Stanisław z par. W.W. Świętych w Starachowicach do Małęczyna, ks. Popis Stanisław z Jastrzębia do Solca, ks. Śliwak Józef z Wierzbicy do parafii św. Jana w Radomiu, ks. Stępień Edward z Szydłowca do Końskich, ks. Stępień Jan z Radoszyc do Koprzywnicy, ks. Szumidłowski Henryk z Suchej do Sienna, ks. Wilk Stefan z par. N.M.P. w Ostrowcu do parafii N. S. J. w Skarżysku Kam., ks. Żelaśkiewicz Jan z Kremy-Gozdawy do Stanowisk.

Zezwolenie na studia na Katolickim Uniwersytecie Lubelskim otrzymali: Ks. Borowski Franciszek, ks. Krasiński Józef, ks. Wójtowicz Henryk i ks. Zimałek Marian.

Zmarli: Ks. Edmund Zawisza, ostatnio proboszcz parafii Sieciechów - Opactwo zmarł dnia 28 lipca 1955 r. na okręcie w drodze powrotnej z Międzynarodowego Kongresu Eucharystycznego w Rio de Janeiro do Baltimore.

Ks. Kazimierz Kniedziałowski proboszcz i dziekan w Suchedniowie zmarł tamże dnia 4 sierpnia 1955 r. i został pochowany na miejscowym cmentarzu.

Kurs Duszpasterski w Lublinie.

Wykłady tegoroczne odbędą się w dniach 23—25 sierpnia. Msza św. inauguracyjna dnia 23 VIII b. r. o godz. 9. Pierwsza prelekcja o godzinie 10.

Tematyka wykładów

A. Tematyka całego cyklu: Religijne i moralne wychowanie oraz nauczanie młodzieży katolickiej.

B. Tematyka poszczególnych prelekcji:

1. Zasady wychowania i nauczania młodzieży w świetle nauki Kościoła. Prelegent — J. E. Ks. Biskup Dr M. Klepacz — Przewodniczący Episkopatu Polskiego.
2. Nauczanie i wychowanie religijne młodzieży katolickiej w świetle ustawodawstwa współczesnego. — J. E. Ks. Biskup Dr Z. Choromański — Sekretarz Episkopatu.
3. Kształcenie osobowości jako jeden z zasadniczych postulatów wychowania katolickiego. — Prof. Dr S. Świeżawski.
4. Metody pracy wychowawczo - nauczycielskiej poza szkołą. (Tematyka i sposoby nauczania). — Ks. Prałat Piotrowski z Warszawy.
5. Wychowanie religijne jako jeden z zasadniczych środków zwalczania przestępczości wśród młodzieży. — J. E. Ks. Biskup Dr Z. Goliński.
6. Współczynniki kształtujące życie religijno - moralne dziecka (dziedziczenie, środowisko zewnętrzne, wychowanie). — Prof. Dr N. Reuttowa.

7. Nauczanie religii w kontekście życia i nauczania innych przedmiotów. — Ks. Kanonik Piotrowski z Włocławka.

8. Duszpasterstwo niedzielne w religijnym wychowaniu młodzieży. — Ks. Mgr Janusz Tarnowski.

Oprócz wymienionych wykładów, przewidziane są w ramach Zjazdu następujące konwersatoria:

- 1) biblijne
- 2) apologetyczno-dogmatyczne
- 3) z historii Kościoła.

Prowadzić je będą wybitni specjaliści rekrutujący się spośród wykładowców K. U. L. jak i innych ośrodków akademickich.

Zainteresowanie całokształtem działalności pedagogiczno-naukowej Katolickiego Uniwersytetu Lubelskiego, jakie można zauważyć wśród Duchowieństwa i wiernych, skłania ponadto organizatorów do stworzenia konwersatorium, na którym można by było omówić i wyjaśnić najważniejsze problemy tej Uczelni.

Stronę teoretyczną Zjazdu uzupełnią dwie wystawy: wystawa książek pedagogiczno-katechetycznych oraz wystawa pomocy dydaktycznych.

Po wykładach odbędą się dla chętnych 3-dniowe rekolekcje kapłańskie w dniach od 25 — 27 sierpnia, które przeprowadzi O. Daniel Karmelita Bosy.

Wszystkim przybyłym księżom zapewnione jest mieszkanie i utrzymanie, wszakże pod warunkiem, iż wcześniej zgłoszą swój udział w Zjeździe. Ci księża, którzy pragną odbyć rekolekcje, proszeni są o zaznaczenie tego w piśmie skierowanym do Sekretariatu Wykładów dla Duchowieństwa. — Lublin Al. Racławickie 14.

W sprawie pozłoceń.

„Rzeźba i Stolarstwo Artystyczne”, Poznań ul. Dąbrowskiego 78a. Spółdzielnia Przemysłu Ludowego i Artystycznego zawiadamia pismem z dnia 7 VII 1955 r. L. dz. K. 1263/4/55, że podejmuje się wykonania robót pozłotniczych wraz z po-

lichromią oraz rekonstrukcji i renowacji sztuki kościelnej zabytkowej i nowoczesnej.

Zatrudnia ona wysoko kwalifikowanych rzeźbiarzy, stolarzy i pozłotników i ostatnio wykonała wiele poważnych prac rekonstrukcyjnych zabytków sztuki kościelnej.

W ubiegłym roku wykonała złocone Kaplice Złotej w katedrze poznańskiej.

Dom wypoczynkowy dla księży w Szczawnie-Zdroju.

Kuria Arcybiskupia we Wrocławiu uruchomiła z dniem 1/XI 1954 r. dom wypoczynkowy dla Księżów w Szczawnie-Zdroju.

Leczenie w tej znakomitej miejscowości kuracyjnej dające doskonałe wyniki, już dziesiąty rok gromadzi wielu księży z całej Polski, gdyż zabiegi lecznicze i wody Szczawna powodują wyleczenie schorzeń dróg oddechowych i schorzeń przemiany materii.

Wody mineralne „Mieszko” i „Dąbrówka”.

Mieszkanie z całodziennym utrzymaniem dietetycznym i obsługą otrzymują księża z całej Polski za umiarkowaną opłatą po zgłoszeniu przybycia na adres Kurii Arcybiskupiej we Wrocławiu, lub miejscowego księdza proboszcza.

W razie braku miejsca w domu Kurialnym, po zgłoszeniu się księdza kuracjusza, Zarząd postara się o pokój w innym domu, z utrzymaniem w Domu Kurialnym.

Wygodny dojazd tramwajem ze stacji Wałbrzych miasto.

Śp. Ks. Edmund Zawisza.

Zmarły ostatnio śp. Ks. Edmund Zawisza urodził się dnia 26 października 1887 r. w Tarłowie z ojca Józefa i matki Katarzyny z Soińskich małżonków Zawisza.

Po ukończeniu szkoły powszechnej nie mając środków materialnych na dalszą naukę musiał pracować jako urzędnik w Warszawie, aby pomagać matce wdowie i opiekować się rodzeństwem.

Mimo tych trudności nie zerwał on z nauką, przerabiał prywatnie gimnazjum i wreszcie spełniły się jego marzenia od lat dziecinnych, wstąpił do Seminarium Duchownego w Sandomierzu, gdzie otrzymał święcenia kapłańskie dnia 5 maja 1918 r.

Placówkami jego pracy duszpasterskiej były wikariaty w Suchej, Cerekwi i Waśniowie, administracje w parafiach Mychów i Grzegorzowice i wreszcie probostwa w Skrzynnie, Wojciechowicach i w Sieciechowie-Opactwie.

Wyjeżdżając dnia 14 lipca 1939 r. na międzynarodową wystawę do Chicago miał dziwne przeczucie. Kiedy towarzyszyłem mu na stację kolejową do Zajeźrza, to z wielką tęsknotą patrzył na Opactwo, pytał mnie czy będzie wojna, czy on wróci do swych ukochanych i kochających go parafian sieciechowskich.

Piękny dzień lipcowy nie zapowiadał bolesnych dni bliskiego września, smutnych lat jego tułaczki i tego, że on już żywy nie wróci do swej drogiej owczarni.

Zmarł bowiem dnia 28 lipca 1955 r. na okręcie w drodze powrotnej z Międzynarodowego Kongresu Eucharystycznego w Rio de Janeiro. Zamrożone jego zwłoki przewieziono do Baltimore w U. S. A. Pochowali je rodacy dnia 20 sierpnia, ale nie na polskiej ziemi, a przecież pragnął on „spocząć pod szumiącą brzozą polską.

Nabożeństwo żałobne odbyło się w Baltimore w kaplicy SS. Służek N. M. P., gdzie zmarły był kapelanem. Kondukt żałobny prowadził JE. Ks. Arcyb. Keough w asyście licznych duchowieństwa polskiego i amerykańskiego. Mowę pogrzebową wygłosił Ks. Jan Cibor.

Śp. Ks. Edmund Zawisza to przeznacny człowiek, gorliwy duszpasterz i świątobliwy kapłan.

Opatrzność dała mu trudne warunki życia, które uszlachetniły i wzbogaciły bardzo jego kulturę osobistą. Władza diecezjalna powierzała mu nie łatwe placówki duszpasterskie, na których potrafił owocnie pracować, a różne koleje życia nie zachwiały jego pogody ducha i dobroci.

Zmarł na posterunku, kiedy jako kapłan wracał z Kongresu Eucharystycznego, na którym składał Najwyższemu hołd miłości i wierności kapłańskiej i na którym modlił się za braci swoich.

R. i. p.

Warunki przyjęcia do Wyższego Seminarium Duchownego w Sandomierzu.

Kandydaci, którzy zamierzają wstąpić do Wyższego Seminarium Duchownego Rz.-Kat. w Sandomierzu, winni złożyć piśmienną prośbę o przyjęcie na ręce Księdza Rektora Seminarium, Sandomierz, ul. St. Żeromskiego Nr 2, oraz załączyć następujące dokumenty:

1. Świadcstwo urodzenia i przyjęcia Chrztu św. w pełnym wypisie.
2. Świadcstwo przyjęcia Sakramentu Bierzmowania.
3. Świadcstwo licealne dojrzałości z oceną z języka łacińskiego.
4. Życiorys własnoręcznie napisany.
5. Świadcstwo moralności od Księży: Prefekta liceum i Proboszcza.
6. Świadcstwo lekarskie.

Zgłaszający się o przyjęcie do Seminarium winni przedstawić się osobiście Księdzu Rektorowi Seminarium lub jego zastępcy i złożyć egzamin wstępny.

Bieliznę osobistą i pościelową, ubranie i pościel każdy przyjęty kandydat winien posiadać własne.

Zgłoszenia kandydatów są przyjmowane do dnia 1 września b. r.

Monitum. Sacerdos Carimirus Andreas Balicki e Congregatione Missionariorum, qui contendit se pertinere ad — non existentem — „Ordinem Marianorum (Stanislavitarum)” — sine expressa licentia Visitoris Congregationis Missionariorum Cracoviae in scriptis data — ad altare non est admittendus.

Varsaviae, die 30 Augusti A. D. 1955.

NOWE WYDAWNICTWA.

KS. DR EDWARD GÓRSKI — **Kościół Katedralny** pod wezwaniem Narodzenia N. M. Panny w Sandomierzu. Wyd. Dłec. — Sandomierz 1955 r

Pięknie wydany przewodnik, po katedrze sandomierskiej w tekście i na ilustracjach przedstawia nam historię i obecny wygląd tej monumentalnej, kazimierzowskiej świątyni, która jest jednym z najwspanialszych zabytków sztuki kościelnej w Polsce.

Obok wielu innych arcydzieł katedra sandomierska posiada freski bizantyjskie z czasów Władysława Jagiełły i nastrojowe obrazy Martyrologium Kościoła.

N. B. Jest jeszcze do nabycia książka tegoż Autora p. t. Świecenia niższe i wyższe.

Konto kasowe: Kurii Diecezjalnej P.K.O. Warszawa — Nr 1-9-120031
N. B. P. Oddz. Sandomierz 513-9-304.

Seminarium Duchownego:
N. B. P. Oddz. Sandomierz 513-9-325.

Wydawca: Kuria Diecezjalna w Sandomierzu.

REDAKTOR: KS. DR STANISŁAW KOTOWSKI

DZGD w Sandomierzu. Nr zam. 63.

20. X. 1955. L-6-760. Nakł. 700. Pap. druk. mat. form. 61×86, kl. VII, gr. 70.

